

Johann Quistorp

**Programma De Bacchanaliorum detestatione Rectoris Universitatis
Rostochiensis, Johannis Quistorpii, D. & Theolog. Prof. P. : P. P sub Sigill.
Rectorali, Rostochii. Dom. I. Quadragesimae. An M. DC. LXIII.**

Rostochii: Kilius, 1663

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735638233>

Druck Freier  Zugang



I. N. J. 38 170
PROGRAMMA,
De BACCHANALIORVM detestatione.
RECTORIS UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS,
JOHANNIS QUISTORPII D.
& ΘΕΟΛΟΓ. Prof. P.



ROMANUS PONTIFEX, legum de JEJUNIO sancendarum, vel potius laqueorum consci-
entiis injiciendorum, summum jus, per summam arrogavit sibi injuriam, suaq; ex in-
fidelium archivis deprompsit. Nam HIERONYMUS ex Chæremone Stoico, de-
scriptionem vitæ priscorum Ægypti Sacerdotum citat; quod sc. ex eo tempore, quo
cæpissent Divino cultui deservire, CARNIBUS AC VINO SEMPER ABSTINUERINT, pro-
pter vertiginem capitis, quam inde patiebantur. Ex Euripide, adducit Jovis Pro-
phetas in Cretâ, non solum CARNIBUS, sed & coctis abstinuisse. Ex Xenocrate, tria
Atheniensium præcepta allegat: Parentes sunt honorandi, Dii venerandi, & CARNIBUS NON VESCEN-
DUM. Hos secutus Papa Telesphorus, QUADRAGESIMALE JEJUNIUM turpavit. Pulverem imperito-
rum oculis sanè offundit TRIDENTINA ECCLESIA, cum vociferatur, nos cum Scripturâ pugnare, dum
affirmamus, à spiritu Dæmoniorum proficisci Doctrinam, quæ Abstemiam à certis cibis, cultum Dei
esse testatur, cum etiam spontanea NAZARÆORUM ABSTINENTIA grata Deo fuerit, Num. VI, 3. Ast
Papistæ, malè ipsum Dei cultum, cum adminiculis ad cultum, confundunt. Abstemia per se est res
mediæ, ac tum demum mala fit, cum superstitione, ex opinione meriti, aut satisfactionis ei adjungi-
tur. Idem acumen eorum, qui in jejuniis Piscium esum concedi, CARNIUM prohiberi ajunt, propter
eâ, quod Christus non Carnibus, sed Piscibus vesci consuevisse legatur: quasi verò agnus Paschalis,
quem tempore Quadragesimæ manducavit, Piscis fuerit? Quasi etiam Piscibus caro unquam defuerit?
I. Cor. XV, 39. Hunc jejuniorum abusum, ut meritò reprehendimus, sic verum jejuniorum usum ab
abusu, Matth. VI, 16. separamus. Utinam vera jejunia, nostris quoq; in Ecclesiis vigerent! Sed in hac
mundi & vitiorum sentinâ, JEJUNIA CHRISTIANORUM BACCHANALIORUM CELEBRATIONE PEJORA ESSE,
res ipsa eheu! docet. Gentiles quòtannis unum Baccho diem assignabant, Nos integram septimanam
huic Idolo litamus. Gentiles clamore, ac potatione utebantur. Nos nihil horum intermittimus,
multosq; ex illis superamus. Gentiles melius edocti non erant; quod si unum suorum Deorum, hoc
modo offendi scivissent, haut quaquam hæc fecissent. Nos, hoc dissolutæ vitæ genere, JESUM CRUCI-
FIXUM offendi cum apprimè teneamus, elatâ tamen manu, & aperto ore peccare pergimus! Sanè hæc
cum summâ Religionis nostræ ignominia sunt conjuncta! Abstinate jam tandem, ô Cives nostri, à
stupendâ hac vesaniâ. Vos PÆDAGOGI ACADEMICI, discipulis vestris memoriam Crucifixi à teneris im-
plantate, nec cum iis Sacra hæc tempora, in turpi BACCHANALI OTIO transigite. Nolite virulenti, LIBRIS
FAMOSIS, vindictam de Aliis sumere; de propriâ enim tunc Famâ actum erit.

*Antequam verò dimittamini, de Uno offensus Pios omnes, R. Concilium monendos duxit. Qui, per CARMINA NUPTIALIA,
magoriarum ac lenociniis intertexta; quæq; Deos alienos inter Sanctos reputant, offensi sunt. Illi sciant, Rectori & R. Concilio tales vaniloquen-
tias, & profanationes nominis solius Sancti DEI, Exod. XXIII, 13. (Quibus JESUS, à Christianis adhuc in manus Ethnicorum traditur!)
displicere admodum. Temperabunt nostri Poëtæ imposterum calamm à talibus, quæ offendere castos ac teneros animos & aures possunt. Et
memores moniti Pauli, Eph. c. IV, 29. & c. V, 4. erunt. De unoquoq; enim otioso verbo, Deo ratio reddenda. Matth. XII, 36. Valet, &
Servatorem Crucifixum agnoscite. P. P. sub Sigill. Rectorali, Rostochii. Dom. I. Quadragesimæ. An. M. DC. LXIII.*

ROSTOCHII,
Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr.

Handwritten notes in Arabic script in the top left corner.

PROGRAMMA
D. BACCHAN ALLORVM delectatione
RECTORIS UNIVERSITATIS ROSTOCKENSIS
JOHANNIS QUISTORFI
& DECANI HORTI



Main body of text, appearing as a faint bleed-through from the reverse side of the page. The text is illegible due to its low contrast.

Second section of text, also appearing as a faint bleed-through from the reverse side. The text is illegible.

JOHANNES QUISTORF

I. N. J.
PROGRAMMA,
De BACCHANALIORVM detestatione.
RECTORIS UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS,
JOHANNIS QUISTORPII, D.
& ΘΕΟΛΟΓ. Prof. P.

170
260



ROMANUS PONTIFEX, legum de JEJUNIO sancendarum, vel potius laqueorum consci-
entiis injiciendorum, summum jus, per summam arrogavit sibi injuriam, suaq; ex in-
fidelium archivis deprompsit. Nam HIERONYMUS ex Chæremone Stoico, de-
scriptionem vitæ priscorum Ægypti Sacerdotum citat; quod sc. ex eo tempore, quo
cæpissent Divino cultui deservire, CARNIBUS AC VINO SEMPER ABSTINUERINT, pro-
pter vertiginem capitis, quam indè patiebantur. Ex Euripide, adducit Jovis Pro-
phetas in Cretâ, non solum CARNIBUS, sed & coctis abstinuisse. Ex Xenocrate, tria
Atheniensium præcepta allegat: Parentes sunt honorandi, Dii venerandi, & CARNIBUS NON VESCEN-
DUM. Hos secutus Papa Telesphorus, QUADRAGESIMALE JEJUNIUM turpavit. Pulverem imperito-
rum oculis sanè offundit TRIDENTINA ECCLESIA, cum vociferatur, nos cum Scripturâ pugnare, dum
affirmamus, à spiritu Dæmoniorum proficisci Doctrinam, quæ Abstemiam à certis cibis, cultum Dei
esse testatur, cum etiam spontanea NAZARÆORUM ABSTINENTIA grata Deo fuerit, Num. VI, 3. Ast
Papistæ, malè ipsum Dei cultum, cum adminiculis ad cultum, confundunt. Abstemiam per se est res
mediæ, ac tum demum mala fit, cum superstitio, ex opinione meriti, aut satisfac-
tur. Idem acumen eorum, qui in jejuniis Piscium esum concedi, CARNIUM prohibe-
runt, quod Christus non Carnibus, sed Piscibus vesci consuevisse legatur: quasi verum
quem tempore Quadragesimæ manducavit, Piscis fuerit? Quasi etiam Piscibus carere
I. Cor. XV, 39. Hunc jejuniorum abusum, ut meritò reprehendimus, sic verum je-
juniorum abusu, Matth. VI, 16. separamus. Utinam vera jejunia, nostris quoq; in Ecclesiis
mundi & vitiorum sentinâ, JEJUNIA CHRISTIANORUM BACCHANALIORUM CELEBRAT-
iones ipsa eheu! docet. Gentiles quòtannis unum Baccho diem assignabant, Nos int-
er hæc huic Idolo litamus. Gentiles clamore, ac potatione utebantur. Nos nihil horum
multosq; ex illis superamus. Gentiles melius edocti non erant; quod si unum suo
modo offendi scivissent, haut quaquam hæc fecissent. Nos, hoc dissolutæ vitæ ge-
neris offendi cum apprimè teneamus, elatâ tamen manu, & aperto ore peccare po-
tius cum summâ Religionis nostræ ignominia sunt conjuncta! Abstinetes jam tandem
stupendâ hac vesania. Vos PÆDAGOGI ACADEMICI, discipulis vestris memoriam Cru-
cifixi plantate, nec cum iis Sacra hæc tempora, in turpi BACCHANALI OTIO transigite. Nolite
FAMOSIS, vindictam de Aliis sumere; de propria enim tunc Famâ actum erit.

*Antequam verò dimittamini, de Uno offensos Pios omnes, R. Concilium monendos duxit. Qui, per CA-
magoloyias ac lenociniis intertexta; quæq; Deos alienos inter Sanctos reputant, offensi sunt. Illi sciant, Rectori & R.
tias, & profanationes nominis solius Sancti DEI, Exod. XXIII, 13. (Quibus JESUS, à Christianis adhuc in man-
displacere admodum. Temperabunt nostri Poëtæ imposterum calamum à talibus, quæ offendere castos ac teneros anim-
memores moniti Pauli, Eph. c. IV, 29. & c. V. 4. erunt. De uno quoq; enim otioso verbo, Deo ratio reddenda. N.
Servatorem Crucifixum agnoscite. P. P. sub Sigill. Rectorali, Rostochii. Dom. I. Quadragesimæ. An. M. DC.*

ROSTOCHII,
Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr.

